Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Nostra sententia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Visual Library

Suidam & Heſychium ſynonyma ſunt *ἀναξυρίδες*, *φιμινάλια*, *βράκια*, ſed quam alii pedum tegumenta volunt. Heſychius: *ἀναξυρίδες τὰ βαθέα καὶ βασιλικὰ ὑποδήματα*. Pollux: *Τὰ δὲ πέλυντρα εἶδος ὑποδήματος, ὥσπερ τὰ πόδια, ἃ ταῦτα ἦν ταῖς ἀναξυρίσιν, ὡς σκελέας ἔνιοι ὀνομάζουσι.* Pollux lib. 7. cap. 22. At Lutherus פטשין *ſchuhen*, *calceos* vertit, quem ſecutus eſt in ſua Expoſitione vocum Chaldaicarum vir ſummus Johannes Coccejus, licet *femoralia* reddiderit in ea verſione quam in Obſervationibus ad Danielem dedit. Theodotion vero, cujus eſt Danielis Græca interpretatio, סרבלין exponit *περικνημίδας*, & Vulgatus *calceamenta*. Quæ quidem diverſitas dubium omnino reddit & incertum, quodnam ex his vocabulis *calceos* ſignificet.

III. Ego & illos errare arbitror qui nulli horum vocabulorum ſignificationem *calcei* tribuerunt, & pleroſque eorum, qui, ut in re incerta conjectantes, vel hoc vel illud ea notione ſumpſerunt, & has voces non alia ratione diſtinguendas quam ut סרבלין ſint

Sarabara, פטיש *calceus*, כרבלה *tiara*, לבוש *veſtis interior.* Sic reddidiſſet Theodotion, σὺν τοῖς σαραβάροις αὐτῶν, καὶ τιάραις, καὶ περικνημῖσι, καὶ ἐνδύμασιν αὐτῶν, ſi vera eſt viri

Druſ. in Dan. 3. 22. longe eruditiſſimi Johannis Druſii conjectura, qui legi mavult ordine inverſo ἢ περικνημῖσι, καὶ τιάραις, ut פטשין ſint περικνημῖδες, & כרבלין τιάραι. Non multum abit ὁ πάνυ Johannes Coccejus, magnum Lutherum

Cocc. in Expoſ. Dict. Chald. ſecutus. *Igitur non dubito*, inquit, *quin* כרבלין *notet togas, aut pallia:* כרבלין *tiaras:* פטישין περικνημῖδας, *&* לבושין *interiores veſtes, quibus corpus texerant. Habebimus veſtem corporis exteriorem & interiorem, tegmen capitis & pedum. Luth. In ihren mantelen, ſchuhen, huten und anderen kleideren.* Sed quia à nemine aliquid certi de his vocabulis eſt traditum, operæ pretium eſt hoc accuratius adſtruere.

IV. כרבלין notare veſtem exteriorem, quæ ſtatim in oculos incurrit, ex eo certiſsimum videtur, quod cum Sadrach Meſach & Abednego ex fornace ardenti educuntur, *pili capitis eorum non*

Dan. 3. 27. *aduſti* dicantur וכרבליהון לא שנו *& Sa-*

rabala